

quendam vel ut alii legunt, Vitum, (forte enim A. Imperatoris nomini appositum librarius aliquis geminavit, & pro Vito Avito scripsit.) Species legis est hæc †: *Lucius Titius vineas sibi & fratri Vito communes, oppignoravit. Illud tanquam iniquum, Imperator reprobat, & Vito per Præsidem Prov. suam partem cum fructibus restitui jubet. Propterea communi dividendo agere, vel si commode dividi nequeat, facta estimatione vel ipse totam redimere, vel ad creditorem fratris transferre poterit.* Hæc lex † satis elucidat causam decidit nec quicquam fere est, de quo dubitare possis. Pignus conventionale, & quidem antichresin fuisse patet ex eo, quod fructus ex parte fratris non-debitoris Imp. restitui jubet. Hoc tamen aliquantum † mirari facit: Si res aliena vendi, *l. rem alienam. 28. ff. de contr. emt. legari, l. 10. C. de Leg. §. 4. & 6. 7. eod. donari, l. 13. l. 33. ff. de mort. c. don. mandari, l. 6. §. 4. mand. pr. l. eod. locari, l. 11. §. 6. ff. Loc. permutari, l. 1. §. 3. de Rer. permut. cur non item pignori possit? At imo etiam pignori. vid. l. 20. pr. de pign. act. Resp. † in recensitis hisce contractibus perpetuum non esse. Quod vero in specie legem *20. pr. de pign. act.* attinet, non simpliciter ibi asseritur, rem alienam licite oppignorari, sed cum appposito, nempe voluntate domini, vel præcedente, vel sequente, *b. aliquando præsumta, l. 12. ff. de pign. act. vel sub conditione, si ejus dominium postea nactus fuerit, l. si fundus. 16. §. aliena. ff. de pignor.* Curator etiam, † tutor, procurator utiliter rem alienam pignoris nexu obligant, siquidem pecuniam in rem domini verterint, *l. 1. l. 3. 7. C. si res al. pign.* Manet igitur †: Inscio domino vel invito, ullum præjudicium imponi non posse, & jure, & legum autoritatibus declaratur. *l. ult. C. eod.* Cæterum, † cum affinis quodammodo sit speciei nostræ, † paucissimis*

mis